



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad  
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

**Vatier, Antoine**

**Dilingæ, 1689**

II. De Humilitate Christi morientis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

Colloquium fiet cum æterno Patre cum ro-  
gando, ut imitandi gratiam dignetur elargiri  
per infinitum gaudium, quod ex obedientia Filij  
conceptit.

*Meditatio.*

De Humilitate Christi morientis.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Videbo Salvatorem meum  
in monte Oliveti, in domo Annæ, Caiphæ, &  
Prætorio Pilati, in Palatio Herodis, & monte  
Calvaria, attendendo, quid in singulis his locis  
patitur, ac patiatur, & advertendo, quod, quidquid  
obis agit, aut patitur, id omne ex humilitate  
fit.

II. PRÆLUDIUM. Ad Pedes Crucifixi mei  
Redemptoris me collocabo.

III. PRÆLUDIUM. Gratiam rogabo cogno-  
scendi perfectionem humilitatis Redemptoris  
mei, eamque ad summum cum ipso apicem  
perducendi.

I. P U N C T U M.

Latitudo Humilitatis Christi  
morientis.

*Consideranda.*

Illimitata fuit Humilitatis Filij DEI mo-  
rientis.

K k § rien-

rientis latitudo, tam in effectu, quam quoad  
 luntatem profundius identidem se humili  
 Primò infra omne hominum genus se humi  
 liavit. Pertulit injurias à summis, medijs, & in  
 finis; neque recusavit ab ullo se contempn  
 cundò non est vilipensio, quam non expect  
 fit, neque contemptus, quem non tolerare  
 Humiliatus quoad animi bona, cum ab He  
 de pro stulto traduceretur: quoad dignitate  
 suam regiam, cum à Judæis, & militibus  
 tanquam commentitius Rex irrideretur; quoad  
 Personæ suæ Divinitatem, cum tanquam  
 phemus damnaretur; quoad sanctitatem suam  
 cum inter duos latrones medius, tanquam  
 que nequior crucifigeretur; quoad doctrinam  
 suam, cum palàm tanquam seductor accusa  
 tur; quoad Discipulos suos, cum ab uno  
 rum proderetur, à Principe eorundem neg  
 tur, desereretur ab omnibus; quoad miracula  
 sua opera, cum illa Diaboli ope perfecisse  
 ceretur, neque jam vires illas censeretur habere  
 quibus se ex infami supplicio posset eximere  
 quoad beneficia sua, cum ab iis ipsis reus mero  
 declamaretur, quibus illa inapenderat. Ita  
 effectu nullum ejus Humilitas finem habuit  
 Sed longè adhuc latiùs voluntas se extendit  
 quâ se æterno Patri suo obtulit ad quascunq;

et ignominias, nulla adhibita exceptione, orandas.

*Affectus.*

1. Quam merito, mi bone Jesu, humilem te te dicis, qui ita infra omnes, & in rebus penitentiis omnibus te demittis ! 2. Facis per humilitatem tuam, ut meam ego superbiâ erubescam. Indignus quidem sum, qui virtutis hujus celesti ornamento doner, sed quandoquidem pressam illam in hominum mentibus videre consideras, qualem in te æternus Pater tuus amat, in tibi animum meum, bone Jesu, ornandum habet, divino hoc decore. 4. Si verum est, quod dicitur, quod, qui se humiliat, exaltari debeat, & humiliari ex adverso, qui se exaltat, æquum omnino erit, ut, qui humillimus fuisti, exalteris, & gloriosus, tuas subjugatâ tibi arrogantiam meâ. Fac ergo, ne nunquam ab hujus virtutis studio desinam, quam tantopere amasti, & tantis impensis donare nos dignatus es. 5. Inflamma in me desiderium humilitatis tam generosum, quod limitum non sit impatiens: & fac, ut ab hoc momento, tui imitandi studio, nihil excipiens, infra omnes, & in omnibus me deprimam. 6. Animum, mi Jesu, desidero, sequi te quàm integerrimè, & inter peculiare gratias, ac beneficia tua numerabo, si infamiæ, & vil-

lipensionis tuæ profundissimæ participem  
facias.

## II. PUNCTUM.

Sublimitas Humilitatis Christi  
morientis.*Consideranda.*

Ardua fuit supra omnem æstimationem  
militas morientis Filij DEI, quia exercitia  
circa res omnium difficillimas. 1. In jactura  
honoris, justissimè Ipsi debiti ob unionem  
postaticam, cujus tamen Divinitatis gloria  
ultra ipse semper occultam tenuit. 2. Quia  
in infinitis laudibus, quas singulæ DEI-hominum  
actiones merebantur, contemptus, & opprobria  
recipit. 3. Quia augebatur ejus ignominia  
circumstantiarum ad id idoneam conjunctio-  
nem: omnes enim illi, qui passim pro sacrosan-  
ctis oribus habebantur, uti erant Sacerdotes, &  
doctores, quin ad eòdè populus universus, com-  
muni postulato ad necem, eum petiverunt: pro-  
positus item est infami cuipiam latroni,  
quem meritò omnes oderant. Supplicium  
decretum, quo nullum aliud fuit ignominio-  
sus. Executio supplicij facta in meridiei clarissi-  
ma luce, concursu Judæorum, & omnium  
gentium, ad paschale festum convolantium,

merabili, & coram illo populo, cui antè ob  
strinam, & miraculorum frequentiam ad-  
rationi semper fuerat. Denique in tormen-  
tum intensione acerbissima, in quibus vel  
rum animal compassionem mereretur, nihil  
e, nisi blasphemias & opprobria expertus est.

Præterea fuit hæc Filiij DEI submissio positi-  
vè infinita, ob Personæ Divinæ dignitatem, quæ  
vorem dedit infinitum. 1. Minimæ ejus actio-  
2. Jacturæ, qua se gloriâ, quantumvis mi-  
nimâ, ultro spoliavit. 3. Contemptui, utcun-  
que in speciem leviculo, quem sustinuit.

*Affectus.*

1. Quis humilitatis tuæ, O bone JESU,  
nobilitatem agnovisset unquam, nisi tu ipse di-  
gnareris manifestare eam nobis. 2. Scis, mi  
Jesu, quid agas, neque inconsideratè sustines,  
quæ pateris, & tamen perdis omnia, ne humi-  
litem perdas. Ah! quàm pretiosum ergo  
thesaurum nobis aperis! an ergo nobilior erit  
humilitas, quàm DEI-hominis omni thesauro  
pretiosior vita? Ita sanè sentiendum est, post-  
quam humiliationes etiam cum vitæ tuæ jactu-  
suscepisti. 4. Intellego, mi Jesu, quid tara  
prodigiosa tui depressio sibi velit. Honorare  
scilicet Divinæ Personæ tuæ demissione volui-  
Divinam hanc virtutem, ac si mihi diceres,  
illam

illam pro meritis suis satis honorari non potest, nisi e  
 et si omnes puræ creaturæ in nihilum suum abire p  
 rent, ut hanc virtutem, prout digna est, glorie fame  
 sam facerent. 5. Fac O bone Jesu, ut tantis pe  
 pensiones meas faciam, ut nulli bono illas perennun  
 habere velim: fac, ut aliud deinceps mihi in  
 votis non sit, quàm contemni, neque glorie deinde  
 velim, nisi in abiectione, & vilipensionibus

## III. PUNCTUM.

Comites Humilitatis Christi  
 morientis.*Consideranda.*

Fuit etiam quoad circumstantias humili  
 morientis Redemptoris nostri tam perfecta  
 quàm esse ullo modo poterat: fuit enim be  
 ficentissima, alacris, & plena ardenti  
 ma charitate. 1. Nunquam indignatus  
 est contemnere se, sed ex adverso, quod  
 quid concessit æternus Pater beneficiorum  
 fieri, id omne lubentissimè iis indulgit; Petrus  
 enim unico amabili intuitu convertit, Apollon  
 lis libertatem à comprehensoribus impetravit,  
 Malchum sanavit, pro Crucifixoribus oravit,  
 Passionis suæ merita pro illis ipsis obtulit, quod  
 bus invidia tanquam instrumentis usâ est, quod  
 torquendum ipsum. 2. Jucundè & libenter  
 passus

non potest, nihil ex ullo supplicio admittens tri-  
a suam, postquam semel in horto decretum illud  
est, gloriando sumendo Passionis Calice sibi statuit. 3. Quid-  
ut tantum pertulit, amor imperavit adentissimus erga  
no illas æternum Patrem, & Divinam ejus Gloriam,  
eps nihil inter humiliationum diversa genera  
que gloriando discriminis, sed omnia uno eodemque  
fionibus affectu placendi æterno Patri suo amplexus est.

*Affectus.*

1. Ex abjectione tua, Sapientissime Magi-  
strer intelligo, quo eniti deberet humilitas mea;  
sed, heu! video, quàm procul à cœlesti hujus  
Virtutis culmine remotus etiam nū sum! 2. Fac,  
obsecro, mi JESU, ut tuam in me depressio-  
nem exprimam. 3. Erubescio jam toruos illos  
oculos, quibus oblique & lividè aspexi, quos in  
quantumvis levicula, vel contempnisse me,  
vel non satis veneratos me esse suspicatus sum.  
Abl quàm longè à mansuetissimo corde tuo ad-  
huc absum! da mihi sectari tandem tuam, mi  
JESU, in injuriis meis mansuetudinem! 4. Fiat,  
mi Jesu, in hoc corde meo, imperii tui benefi-  
cio tranquillitas beata, & sedentur turbæ, quas  
minus experior, cum honori meo adversum ali-  
quid contingit. Scis, mi Jesu, quantum vel  
minimus me contemptus cruciet! fac ergo, ut  
in humiliatione mea Gaudium potius, & paci-  
ficam



ficam delectationem capiam. 5. Super omnia autem divinæ tuæ charitatis calcibus illum mihi inflamma, ut lubens humiliter Bonitatis tuæ infinitæ intuitu, neque alio contemptibus meis considerem, quàm beati placitum tuum. 6. Fateor equidem, indignum me tanto favore tuo esse, sed spero tamen quia per infinita Humilitatis tuæ merita postulo.

Colloquium erit cum Patre æterno, rogabo, ut gratiam mihi largiatur imitandæ demptorem meum, obsecrans per infinitum neplacitum, quod habet in Humilitate sui.

*Compendium Meditationis.*

*De Humilitate Christi Morientis.*

*Oratio præparatoria.*

I. PRÆLUDIUM. Breviter Passionem Christi percurram, ad omnes illum Stationes veni- quendo, & considerando, quid ubique agat, patiat ex humilitatis perfectissimæ motivo.

II. PRÆLUDIUM. Ad pedes Crucifixi Redemptoris stabo.

III. PRÆLUDIUM. Gratiam petam cognoscendi perfectionem humilitatis Redemptoris mei, eamque cum ipso in me exprimendi.

I. PUNCTUM. Latissima fuit sine terminis Christi humilitas, quia contemptus est ab omnibus, & in omnibus, quæ quoquo modo ad eum pertinebant, & paratus insuper fuit, si ita aeterno Patri suo placuisset, profundius adhuc opprimi.

II. PUNCTUM. Altissima fuit Redemptoris nostri humilitas, quia exercita in rebus difficilissimis; quæ sunt jactura honoris tantæ Personæ debiti: omne genus contemptuum cum circumstantiis, infinite quodammodo humiliantibus toleratum. Fuit insuper sublimitas humilitatis hujus positivè infinita ob infinitam Dignitatis Personæ Dignitatem, quæ valorem infinitum addidit omnibus actionibus, omni honoris spoliati, omni demum contemptui.

III. PUNCTUM. Perfectissima fuit humilitas quoad circumstantias, quia benefica fuit erga proximum, in se alacris, & ex amore erga DEUM incensissimo profecta.

Colloquium cum aeterno Patre, à quo imitandi hanc virtutem petes Gratiâ per infinitum gaudium, quod habuit ex humilitate morientis Filij sui.